



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

28 Patriarchae, quomodo inter ipsos praecedant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

licet, i. eod. tit. etiam si præficialis curiæ ho-  
 nore præfulgeat, d. cap. si testes, §. jurisju-  
 ran. & etiam, quod sit Cardinalis, † quan-  
 do agitur de alterius præjudicio, ei soli non  
 creditur, Abb. in cap. quod super his, num. 5.  
 vers. si tamen aliquid, & Felin. nu. 12. vers.  
 tertia conclusio, de fide instr. In his autem  
 in quibus creditur Legatis de latere, non  
 ereditur Nunciis, quia sunt inferiores in  
 absentia Papæ, ut ibi per Abb. vers. infe-  
 riori verò, & Felin. num. 8. vers. quod au-  
 tem, & num. 12. in prin. mihi enim contingit  
 in facto, quod prætendens Nuncius  
 Apostolicus conferre beneficium in Me-  
 tropolitana Ecclesia Provinciæ suæ lega-  
 tionis in mense reservato, tunc vacans, op-  
 ponente capitulo ejusdem Ecclesiæ de de-  
 fectu facultatis, quam nunquam edere  
 voluit, asserens, non teneri, affirmans in  
 Cathedralibus, etiam Metropolitanis,  
 conferendi facultatem habere, illamque  
 edere non teneri, quam mihi tandem ad  
 partem legendam exhibuit, ea lecta, reperi  
 24 facultatem conferendi † cum expressa li-  
 mitatione, non tamen in Cathedralibus,  
 quapropter abstinuit à collatione, & vidi  
 facultates Nunciorum quandoque im-  
 pressas, & omnibus apud Bibliopolas ve-  
 nales, & aliquando apud alios ita custodi-  
 ras, & occultas teneri, quod eorum dicto,  
 quod in illis facultatibus contineretur,  
 standum videbatur, & nihilominus casu,  
 quod de eorum provisionibus, & concessio-  
 nibus in Rota disputari contingat, om-  
 nino facultas est exhibenda, cum præser-  
 tim Nuncii beneficia sine speciali facultate  
 conferre non possint, d. c. 1. de off. leg. in 6.  
 & tunc non sufficit, quod in litteris colla-  
 tionis legatur, fuisse factam vigore faculta-  
 tis eidem Apostol. auctoritate attributæ,

quia non creditur referenti, nisi constet de  
 relato, aub. si quis in aliquo, c. de eden. &  
 in causis pendentibus in Rot. producuntur.

25 Legati rati sunt, † qui habent legationis  
 officium vigore dignitatum ex privilegio  
 Apostolico indultum, ut Archiepiscopus  
 Cantuarion. & Eboracev. in Anglia, Re-  
 men. in Francia, & in Italia Pisarum, c. 1.  
 de off. leg. & ibi Abb. num. 1. & 2. ubi Seb.  
 Sap. in add. gloss. in cap. 1. ver. Ecclesiarum,  
 eod. tit. in 6. & Compost. in rubr. de off.  
 leg. & de Legatorum facultate habetur per  
 Doct. tot. tit. de off. leg. Felin. in d. cap. quod  
 super his, num. 8, 9, 10, 11, & 12, & plene  
 per Spec. in d. 1. par. lib. 1. de leg.

26 Tertius † est ordo Episcoporum qua-  
 dripartitus in Patriarchas, Primate, Ar-  
 chiepiscopos, & Episcopos, cap. clericos, §.  
 ordo verò, 21, dist. cap. unic. §. final. de stat.  
 reg. in 6. Concil. Trident. in cap. 1, §. ne ve-  
 rò, de reform. sess. 23. & Pius V. in Bull. Ro-  
 man. cap. 115, circa princip. Patriarchæ

27 principales † sunt quatuor, Constantino-  
 politanus, Alexandrinus, Antiochenus, &  
 Hierosolymitanus, cap. clericos, & ibi gloss.  
 in ver. in Patriarchis, 21, dist. & cap. final.  
 21, dist. præter Romanum Pontificem,  
 qui Basilicæ Lateranensis est Patriarcha,  
 cap. in nomine Domini, in princip. 23, dist.  
 & est Patriarcha Patriarcharum, quorum

28 Constantinopolitanus † post Papam pri-  
 mum locum obtinet, d. cap. Sacrosanct. 1. in  
 fine, & cap. Constantinopolitana, 22, dist. se-  
 cundum, Alexandrinus, tertio, Antioche-  
 nus, quarto, Hierosolymitanus, & quod  
 post Romanam Ecclesiam, quæ mater uni-  
 versorum Christi fidelium est & magistra,  
 Constantinopolitana primum, Alexantri-  
 na secundum, Antiochena tertium, & Hie-  
 rosolymitana quartum locum obtineant,

fuit diffinitum in Conc. Lateranen. *cap. 5, de ord. sed. Patriarch. cap. renovantes, & cap. nal. ead. distin. 22.* Alii Patriarchæ sunt Aquileien. Gradenſis in Iſtria, Venetiarum, & Lugdunen. qui apud Lugdunen. Primas nuncupatur, & licet Primas  
 29 tes à Patriarchis nomine differant, † tamen idem est officium, quia Episcopi ab Archiepiscopis ad Primates appellant, *cap. 1, 99, distin. gloss. in cap. univ. §. final. in ver. Patriarchis, de stat. reg. in 6, & Rebuff. in sua pract. benef. de devol. num. 24,* sed non habent locum cum cæteris Patriarchis, Archiepiscopi quandoque, & patriarchæ nuncupantur, *l. jubemus nulli, & ibi, gloss. 2, C. de sacrosanct. Eccles. & auth. de Eccles. tit. in princip.* Urbes verò, ac loca, in quibus Primates præſidere debent, non à modernis, sed multis ante adventum Christi statutæ sunt temporibus, quarum primates gentiles etiam pro majoribus negotiis appellabant. In ipsis verò Urbibus post adventum Christi Apostoli, & eorum successores, Patriarchas, & Primates posuerunt, & Beatus Petrus in illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcopos, Patriarchas, vel  
 30 Primates poni præcepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & majora negotia in fide agitent: in illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines, Archiepiscopos institui mandavit. In singulis verò reliquis Civitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantum vocabula fortirentur, ut *cap. 2, & 3, 80, dist. & gloss. in cap. 2, 13 q. 1.* Parochialium vero fines, ac terminos Dionysius Papa distinxit, & divisit, ut *d. cap. 2,* ubi etiam gloss. *13, q. 1, cap. pastoralis, de his, qua sil. à pralat. & Bertran. in consi. 350, num. 1, par. 2.* atque modernis temporibus indivisæ reperiebantur, Conc. Trident. dividi mandavit, ut *cap. 13, de reform. sess. 24.* Archiepiscopis autem sollicitudo totius Provinciae est commissa, *d. cap. clericos, §. ordo verò, 21, distin. & causas appellationum ab Episcopis suis suffraganeis interpositas cognoscere possunt, sed in propria Diocesi tantum, cap. 1, & cap. ut litigante, de off. ord. in 6, & cap. nullus Primas 9, q. 2.*  
 30 Aliæ sunt dignitates, † ut Abbatales, quarum Abbates, etiam exempti, & habentes jura Episcopalia, & Diocesi, tenentur Episcopo reverentiam exhibere, Felin. *in cap. conquerente, num. 1, de off. ind. ord. & Cassan. in cathal. glo. num. 4, par. 27, consi. in princip. & 31, consi. circa medium.*  
 31 Ipsique Abbates regulares † præferuntur cæteris clericis, & aliis Episcopo inferioribus in dignitatibus Ecclesiasticis sæcularibus constitutis Abb. *in cap. decernimus, num. 2, & ibi Zach. in apostil. de jud. & post Dec. ibi Gemin. & Bal. quos citat, tenet Cassan. eadem par. 4, consi. 32, in princip.* Inter Abbates autem quatuor generales ordinum capita, † videlicet Sauti Benedicti, Cluniacen. Cisterciën. & Præmonstraten. omnibus aliis Abbatibus præferuntur, ut per eund. Cassan. *d. par. 4, 31, consi.* Abbates enim veniunt appellatione Prælatorum, ut per Abb. *eod. num. 2.* Quò autem præcedant aliis dignitatibus Ecclesiasticis sæcularibus post Episcopalem, procedit quando Dignitates. & canonici Ecclesiæ Cathedralis collegialiter non incedunt, † quia collegialiter Cathedralē Ecclesiam repræsentant, & tunc præstolasti, *numer. 4, vers. fallit. 3, de re-scripto.*